



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Bardasano Syro, & quae habentur eius scriptis. Cap. XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

sidem abrogant: Acta quoq; apostolorū minimè recipiunt. Tatianus ille, qui erat primus eorum author & princeps, coniunctione quandā & collectionem euangeliorum, nescio quo modo, cōposuit, illudq; opus διὰ τεσσάρων, id est vnum euangelium ex quatuor collectū nūcupauit: quod etiam adhuc quorundam habetur in manibus. Hūc aiūt nonnullas Pauli apostoli voces, vt pote qui dictionis ac loquendi cōpositionē in illis corrigere moliretur, audacter & temere cōmutasse. Magnū quidē librorū numerum post se reliquit. Inter quos ille apud multos quasi pleno ore celebratur, quem contra Gentiles edidit: in quo certè, tēporibus ab ipsa mundi origine repetitis, Moysen & H̄ab̄ratorū prophetas omnibus viris illustribus, qui apud Gentiles extiterint, antiquiores declarat: qui planē liber ex omnibus suis scriptis, cum pulcherrimus propter elegantiā, tum propter vsum fructuosisim⁹ esse videtur. Atq; de rebus gestis, deq; libris illorum omnium, quos antea posuimus, ista isto modo atque ratione sīnt à nobis cōmemorata.

De Bardesano Syro, & quæ habentur eius scriptis.

CAP. XXVIII.

R^Egnante isto imperatore, cum hæreses indies multitudine crescerent, in Mesopotamia Bardesanes vir quidem cum in omni doctrinæ genere exquisitissimus, tum in lingua Syriaca disertissimus, non modo cōtra eos, qui erant Marcionis æmuli, ac imitatores, verum etiam contra alios quosdam, qui varias errorum sectas defensitabant, dialogos composuit: quos cum plerisq; aliis eius scriptis, lingua sua & patrio sermone diuulgavit. Quos etiam discipuli eius (complures enim, quia tantum dicendo valeret, eius scholam frequentabant) ex Syriaco sermone in Græcum converterūt. In quorū numero est dialogus de fato ad Antoninū scriptus accuratissime. Et alia itē sunt, quæ occasiōne ex persecutionis calamitate id tēporis longè lateq; manante arrepta, eum cōscriptissime ferunt. Hic primum in Valentini schola educa-

educatus est. Cuius cum coarguisset errorem, multisq;
& commentitias Valentini fabulas reprehendisset, vide-
batur sibiipsi quodammodo se ad meliorem rectioremq;
sententiā quodammodo transtulisse. Cæterū veteres
erroris lordes non penitus profecto eluerat. Eodē tem-
pore Soter ecclesiæ Ro. Pontifex, extremam vitæ suæ
diem obiit.

Finis libri quarti.

EVSEBII CO-
GNOMENTO PAMPHILI
EPISCOPI CAESAKEAE PA-
lestinæ, Ecclesiasticæ historiæ
Liber quintus.

*Quot & quomodo regnante Vero, pro pietate in
Gallia decertarint. CAP. I.*



Oter, Romanæ ecclesiæ Pontifex, cum octo annos illi muneri præfuis-
set, decessit è vita: In cuius locum
Eleutherus, duodecimus ab Apo-
stolis successit. Ad decimum sep-
timum annū imperii Antonini Ve-
ri, grauis & acerba in nonnullis
terræ partibus persecutionis pro-
cella, ex temerario populi impetu per singulas vrbes ex-
citata, contra nos ingrauescere cœpit: in qua (sicut ex
illis martyribus, quæ in una natione forte confectæ erant,
coniectura planè licet augurari, infiniti propè martyres,
in reliquis etiam orbis terrarum regionibus, generosa
cæde pro Christo tolerata nobilitati sunt. Quæ cù me-
moria sempiterna digna reuera viderentur, literarum
monimentis ad posteritatem tradita sunt. Ac quanquam
tota illa epistola, quæ accuratissimam istarum rerum ex-
plicationem complectitur, in libro de martyribus à no-
bis